


Liber primus.



100000 87500 75000 62500 50000 37500 25000 12500

iuslibet arcus subtracti ex 90. siue arcus qui restat usq; ad complementū quartæ circuli. Is semper est æqualis parti dimetientis, quæ à cētro circuli ad sinum rectum primum terminatur: quia facit quadrangulum cum parte diametri. Sinus uersus est portio diametri à sinu recto ad periferiam comprehensi, utpote sagitta arcus. Alij sinum uersum sic definiunt: Est pars semidiametri inter dati arcus initium & sinum eius rectum intercepta, quam alij sagittam uocant. Dicitur sinus uersus, quòd uerso modo respectu sinus recti collocetur. Et hæc omnia intelligenda sunt de arcubus quadrante minoribus. Sinus enim quadrantis, est semidiameter circuli, omnium sinuum maximus. Iste autē sinus rectus perfectus est æqualis sinui uerso, cū uterque complectatur semidiametrum, ad angulum rectum concurrentem. Vides itaque lector in hoc quadrante circuli multa esse consideratione digna. Primum est, quòd semidiameter in basi iacens diuisa est in magnum numerum, nempe centum millia, sic enim non opus erit integra frangere in minuta & secunda, quum hic numerus extendatur longè ultra minutias secundas, atque deinde partibilis sit in multas quotas partes.

B

partes.